



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Pivs Papa V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Officio Sanctissimæ Inquisitionis.

131

Pius Papa Quartus, ad perpetuam rei memoriam.

A MINICI gregis custodiaz Domino disponente propositi, vigilis more pastoris non desistimus ipsi gregi ab imminentibus periculis, quanta maxima possumus cura, & diligentia præcauere, ne proprie negligentiam nostram pereant oves, que pretiosissimo Domini nostri Iesu Christi sanguine sunt redemptæ. Et si autem qua ad fidet veritatem patefaciendam, & ad horum temporum hæretes confutandas pertinebant, in cœmenico, & generali Concilio Tridentino, sancti Spiritus assistente gratia, nuper adeo enucleata, ac definita fuerunt, ut facile iam sit vnicuique sanam Catholicamque doctrinam à falsa, adulterinaque internoscere: tamen cum librorum ab hæreticis editorum lectio non modo simpliciores homines corrumperet soleat, verum sæpe etiam doctos eruditosque in varios errores, & à veritate fidei catholicæ alienas opiniones inducere: huic quoque rei esse duximus prouidendum. Cum autem aptissimum ei malo remedium esse sciremus, si componeretur atque ederetur iudex, sive catalogus librorum, qui vel hæretici sint, vel de hæretica prauitate suscipi, vel certe moribus & pietatis noceant: id negotium ad sacram Tridentinam Synodum reieceramus. Ea vero ex tanta episcoporum, & aliorum doctrinæ morum virorum copia delegit ad eum confidendum Indicem multos cum doctrina, tum iudicio insignes prælatos ex omnibus fere nationibus. Qui quidem non sine maximo labore, plurimisque vigiliis, cum indicem tandem, Deo iuuante, perfecerunt, exhibitis etiam in consilium lectissimis quibusdam Theologis. Peracto autem Concilio, cum ex ipsius Synodi decreto is Index nobis oblatus fuisset: vt ne ante ederetur, quam à nobis approbatus fuisset: Nos doctrinæ quibusdam, probatissimq; prælatis eum accuratissime legendum, examinandumque tradidimus, & ipsi etiam legimus. Cum igitur cum magno studio, acti iudicio, diuerna cura confectum, & præterea commodissime digestum esse cognoverimus: Nos saluti animarum consilere, eamq; ob causam prouidere cupientes, ne libri & scripta cuiuscunque generis, que in eo improbantur, sive ut hæretica, sive ut de hæretica prauitate suscipi, sive ut pietati, ac morum honestati inutilia, aut aliqua correctione saltem indigenita, posthac à Christi fidelibus legantur, ipsum Indicem, vñā cum regulis ei propositis auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, imprimiq; ac diuulgari, & ab omnibus vniuersitatibus Catholicis, ac quibuscumq; alijs vbiique suscipi, easque regulas obseruari mandamus, atque decernimus: inhibentes omnibus, & singulis tam ecclesiasticis personis secularibus, & regularibus, cuiuscunque gradus, ordinis, & dignitatis sint, quam laicis quoquaque hooore, ac dignitate præditis, ne quis contra earum regulatum præscriptum, aut ipsius prohibitionem Indicis libros vñlos legere habereue audeat. Si quis autem aduersus eas regulas, prohibitionemque fecerit; is quidem, qui hæreticorum libros, vel cuiusluis auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, habueritù, ipso iure in excommunicationis pœnam incidat: eamque ob causam in eum tamquam de hæresi suspectum inquiri, & procedi liceat, præter alias pœnas super hoc ab Apostolica sede, factisque Canonibus constitutas. Qui autem libros alia de causa prohibitos leget, habueritù, præter peccati mortalis reatum, episcoporum arbitrio seuerè se nouerit puniendum: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrarijs quibuscumque: aut si aliquibus communiter, vel diuiniſm ab eadem sit sede indultum, ne excommunicati possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Ut hæc autem ad omnium notitiam perueniant, neuè quis excusatione ignorationis vii possit, volumus, & mandamus, vt hę littera per aliquos Curia nostra Curores in basilica Vaticana principis Apostolorum, & in Ecclesia Lateranensi tunc, cum in eis populus, vt Missarum solennibus interficit, congregati solet, palam, & clara voce recitentur; & postquam recitatae fuerint, ad Valvas earum ecclesiarum, itemq; Cancellaria Apostolica, & in loco solito Campi Floræ affigantur: ibique vt legi, & omnibus innotescere possint, aliquantis per relinquuntur. Cum autem inde amouebuntur: earum exempla in ijsdem locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem hanc, publicationem & affixionem, omnes, & singulos qui his litteris comprehenduntur, post tres menses à die publicationis & affixionis earum numerandos, volumus perinde astrictos, & obligatos esse, ac si ipsi met illę edita, letæque fuissent. Transumptis quoq; earum, que manu alicuius publici notarii scripta, subscriptaue, & sigillo, ac subscriptione alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, munita fuerint, fidem fine vlla dubitatione haberi mandamus, atq; discernimus. Darum Romæ apud S. Petrum, sub anno Ilo Piscatoris, die vigesima quarta Martij, Millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, Pontificatus nostri anno quinto.

Ant. Florebellus Lauellius.

PIVS PAPA V.

Sanctissimi D. N. Pij Papæ V. Declaratio, & constitutio, quod sententiae in reorum Inquisitorum fauorem per quoscunque iudices contra iurisdictionis dispositionem, vel stylum officij Sanctissimæ Inquisitionis latæ, & ferendæ, nunquam transferint, nec in futurum in rem iudicatam transfire possint.

I 2 MOTV

gatis anno Do-
mini ab Incar-
patone 1566.

Ex Bullario
P. V. impreso
Roma.

MOTU proprio, &c. Inter multiplices curas, quæ animum nostrum assidue pulsant, illa in primis est, prout esse debet, ut Ecclesia Dei nobis ex alto commissa purgari, immo quantum fieri potest, procul exterminatis omnibus heresisib, & prauis erro- nearum opinionum dogmatibus, tuto militare, & tamquam nauis in tranquillo ma- ri, sedatis omnibus tempestuarum fluctibus & procellis, securè nauigare, & ad opta- tum salutis portum peruenire possit. Cum itaque nos, dum in minoribus constituti, sanctissimi officij Roinang, & vniuersalis contra hereticam prauitatem Inquisitionis negotia petractare- mus, tandem ex longo usq; atque experientia rerum magistra cognoverimus, quod multi rei de- lati, & in predicto sanctissimo officio, seu alibi coram locorum ordinarijs, & hereticæ prauitatis Inquisitoribus processati, ac de heretica prauitate Inquisiti, falsos testes ad eorum defensam ex- minari faciendo, ac compurgatorum de eorum vita & doctrina minime informatorum opera, & testimonio le iuuantibus, ac diuersis alijs illicitis modis, excogitatisque dolosis excusationibus, & malitijs predictum sacrum officium Sanctissimæ Inquisitionis ceteroque iudices, & etiam Romanos Pontifices deludendo, & decipiendo, plures etiam veluti innocentes diffinitivas à predictis processibus, & Inquisitionibus absolutorias, & precedente canonica purgatione eorum asserta bo- na & Catholica fidei vita, & doctrina declaratoria, sententias, seu decreta ab eodem sanctissimo officio, alijsque locorum ordinarijs sue delegatis, & Inquisitoribus, ac etiam Rom. Pontificibus predecessoribus nostri obtinuerunt, seu extorserunt: quas sententias, & decreta prefati Romani Pon- tifices, etiam cum perpetui silentij impositione, ac inhibitione, ne dictum sanctissimum officium, aut alijs Inquistores ad ulteriora procedere possent seu deberent, necnon etiam cum causatum auoca- tione ad solum Romanum Pontificem, sub cuius protectione submittebantur alijsque derogatoria- rum derogatorijs, & efficacissimis clausulis, ac etiam irritantibus, & alijs decretis etiam in forma gra- tiola ampliando, pet varios, & variis eorum Motus proprios, ac etiam sub plumbo, vel annulo pi- scatoris expeditas litteras etiam in consistorio, seu consistorialiter emanatas confirmatunt, vnde eue- niebat, quod predicti rei Inquisiti sub velamine, & tutamine predictarum sententiarum declarato- riarum, & litterarum Apostolicarum, & praesertim vigore clausulæ inhibitoriæ contra Inquisito- res factæ, confidentes, clam, & etiam aliquando palam in antiquis eorum erroribus contra fidem ca- tholicam perseverando, nunquam ad gremium Ecclesiæ vere redibant, immo cum alijs securè, & tanquam catholici conuersando, eundem aliorum animos corrumpere, & inficere, ac in suas her- reticas opiniones trahere de facili potuerunt in totius reipublicæ Christianæ non modicum scanda- lum & præjudicium, predictorumque delatorum animarum perniciem, & iacturam. Nos huic scandalo adeo periculo, & contagioso obuiscere, dictarumque animarum salutis consulere, & pro- uidere, omnemque juris peritorum dubietatem, & altercationem, ac quæcumque impedimenta & obstacula, proper quæ sancta Inquisitio hereticæ prauitatis quomodo cumque, & qualiter cumque impidiret, vel retardaret, tollere volentes, Motu simili, & ex certa nostra scientia, ac de Aposto- licæ potestatis plenitudine. In primis omnes, & singulas, ac quæcumque litteras Apostolicas sub quæcumque verborum forma etiam in predictis, ac quibusvis alijs causis heresis, etiam Motu pro- prio, &c. ac etiam consistorialiter, &c. & alias quomodolibet emanatas, nec non etiam de super signa- ras Motuum propriorum, & alias cedulas quilibet ad ius, & iustitiam, ac iuris terminos reducen- tes, necnon fiscal predicti sancti officij Inquisitionis, & aliorum ordinatorum, & delegatorum iudi- cum aduersus predictas litteras inhibitiones, ac etiam derogatoriæ derogatorias, alijsque clau- sulas quilibet os aperientes, & quatenus iurisdictioni, dispositioni, vel stylo dicti officii sint con- traria, illas penitus, & perpetuo renouantes, hac nostra perpetua perpervisque valitura vniuersali constitutione omnes, & singulas, & quæcumque etiam ex capite assertæ innocentiae absolutorias, vel etiam praecedente canonica purgatione sub quæcumque verborum forma declaratoria tententias, etiam diffinitivas, & decreta in eundem reorum inquisitorum & delatorum fauorem per predictum sanctissimum officium, aliosque iudices ordinarios, & delegatos, ac etiam Romanos Pontifices latas, & lata, aut in futurum per nos etiam & successores nostros Rom. Pontifices pro tempore existentes ferendas, & ferenda, nunquam fecisse, nec in futurum posse facere transitum in rem iudica- tam, Apostolica auctoritate declaramus, decernimus, statuimus, & ordinamus, praesertimque senten- tiis, & decretis, & quantuncunque per litteras Apostolicas etiam in forma gratiola etiam iteratis vicibus, ac etiam à pluribus Romanis Pontificibus emanatis, confirmatis vel confirmandis, cum predictis, vel alijs quibuscumque etiam derogatoriæ derogatoris, ac etiam irritantibus, alijsque clausulis, & decretis, necnon inhibitionibus, ac etiam canonici sanctionibus, quorum omnium, & singulorum aliorumque præmissorum, & inde securorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus habeti volumus pro expressis, ac totaliter insertis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque, non obstantibus per predictum sanctum officium Sanctæ Inquisi- tionis, ac dilectos filios modernos, & pro tempore existentes sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales hereticæ prauitatis Inquisitors, & super dicto officio nunc, & pro tempore deputatos, contra eosdem eos delatos, & Inquisitos etiam si fuerint, & sint Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Pri- mates, eiusdem Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, Legati etiam de latere, Comites, Barones, Marchiones, Dukes, Reges, & Imperatores, tam de antiquis, quam ncuiter etiam super eisdem atticulis

Officio Sanctissimæ Inquisitionis.

133

A articulis receptis, vel recipiendis testibus, alijsq; argumentis, probationibus, & iudicis iuxta facultates eisdem Cardinalibus Inquisitoribus per nos & quoscunque prædecessores, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, ac sedem Apostolicam quomodolibet concessas, & datus, ac in futurum respectie dandas, & concedendas, denuo inquiri, & procedi posse, & debere, etiam in omnibus, & per omnia, perinde, ac si prædictæ sententiæ, decreta, & litteræ Apostolicæ, ac etiam canonici, & purgationes in prædictorum reorum delatorum, & inquisitorum, etiam Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, Primituum, Cardinalium, Legatorum, Comitum, Baronum, Marchionum, Ducum, Regum, & Imperatorum fauorem non emanassent, nouis præsertim superuenientibus indicijs eiusdem, vel alterius speciei hæresis tempus præteritum etiam respiciens. Vbi appareret per aliqua indicia quod illicitis modis prius ipse delatus, vel inquisitus fuisset abolitus, eadem Apostolica auctoritate volumus pariter, & mandamus. Concedentes eisdem Cardinalibus Inquisitoribus, & super dicto sacro Sanctis. Inquisitionis officio nunc & pro tempore deputatis plenam, liberam, amplam, & omnimodam facultatem, potestatem & auctoritatem causas huiusmodi etiam auctoritate ecumenici vniuersalis Concilij Tridentini decisas, reuidendi, ac in statu & terminis in quibus ante prædictas sententiæ, & decreta, ac etiam canonicas purgationes quomodolibet reperiensbantur, reassumendi, sine que debito terminandi, prout in alijs causis pendentibus indecisis per eosdem Cardinales Inquisidores iuxta eorum facultates fit, sicutque potest, & consuevit. Et in luper vestigis feliciter, recor. Pauli Papæ iiiij. prædecessoris nostri in bærendo, Constitutionem alias contra hæreticos, & schismatics per eundem Paulum prædecessorem, sub data videlicet Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Domini M. D. LVI. quintodecimo Calen. Martij, Pontificatus sui An. no quarto editam, tenore præsentium renouamus, & etiam confirmamus, illamque inuolabiliiter, & ad vnguem obseruati volumus, & mandamus, iuxta illius seriem atque tenorem. Et sic in omnibus, & singulis supradictis censeri, ac ita per prædictos, & quoscunque iudices, &c. sublata, &c. iudicari, &c. debete. Irritum, &c. perpetuo decernimus, & declaramus. Non obstantibus præmissis, ac regula nostra de non tollendo iure quæsto, & quibusvis alijs Apostolicis, vniuersalibus, prouincialibus, & synodalibus constitutionibus, ordinationibus, necnon etiam iuramento, &c. roboratis, statutis, &c. priuilegijs quoque, indatus, & prædictis, ac alijs litteris, & etiam Motibus proprijs quibuslibet, etiam præfatis reis, & inquisitis, etiam episcopis, &c. ac Imperatoribus etiam absolutis, & quibusvis alijs personis in genere, vel in specie sub quibusunque tenoribus, &c. ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatorijs, alijsq; clausulis, ac etiam irritantibus, & alijs decretis, ac etiam penaliibus inhibitionis, etiam Motu proprio, &c. ac consistorialiter, &c. & alias in contrarium quomodolibet concessis, &c. in posterumq; concedendis, &c. quibus omnibus etiam si de illis, &c. corū tenores, &c. lausimne hac vice derogamus, ceterisq; contrarijs quibusunque, cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio. M.

E T. cum absolutione à cens. ad effectum, &c. & de reductione, &c. reuocatione singulis declaratione, decretis, statuto ordinationis, voluntatibus, mandatis, concessione, renouatione, confirmatione, derogatione, alijsq; præmissis, ut supra in forma graticia perpetuo, & ad perpetuam rei memoriam, D Et quod postquam prælentes, seu desuper forsan conficienda litteræ per aliquem, vel aliquos ex Curis nostris in Basilice principis Apostolorum de Urbe, & Cancellaria Apostolica valuis, ac Acie Campi Floræ affixa, & publicata fuit, omnes prædictos etiam Episcopos, &c. ac Imperatores, & alios quorum interest, afficiant, & arcent perinde, ac si eis personaliter intimata, & insinuata fuissent, ac vim & efficaciam solennis, personalis, validæ, & peremptoria monitionis, & citationis habere, omnesque ligate habeant. Et quod præsentis nostri Motus proprij sola signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in iudicio & extra, regula contraria non obstat. Et nihilominus si videbitur litteræ desuper etiam per Breue nostrum, aut officium contradictarum simul, vel ad partem expediri possint. Et quod præsentium, seu desuper conficiendarum litterarum transumptis etiam impressis manu aliquius notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica constituta, aut curia ecclesiastica munitis eadem prorsus fides adhibetur, quæ ipsis originalibus adhiberetur si exhibita forent, vel ostensæ.

Fiat M.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, duodecimo Cal. Ian. Anno primo.

Anno à Nativitate Domini M. D. LXVII. Indictione decima, die vero Luna, trigesima mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Pj diuina prouidentia Papa quinti anno primo, supra scriptus Motus proprius affixus, & publicatus fuit ad valvas Principis Apostolorum beati Petri de Urbe, Cancellaria Apostolica, ac in Acie Campi Floræ, dimissis ibidem eiusdem copijs affixis, ut moris est, per nos Ioannem Gerardi, & Christianum de Monte, prælibati Sanctiss. Domini nostri Papæ Cursores.

Stephanus de Olea Magister Curorum.

Registrata in lib. pri. Secretorum fol. 51. G. S. Sarde.

I 3 PIVS